Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs tertivs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Si facere possim ullo modo. La. Quæ res te facere id prohibet?
Eho nunquid nam accusat uirum? Ph. Minime. nā postq̄ attēdi
Magis, & ui cœpi cogere ut rediret, sancte adiurat
Non posse apud nos Pamphilo absente perdurare.
Aliud fortasse aliis uitii est, ego sum leni animo natus,
Non possum aduorsari meis. La. Hē Sostrata. So. Heu me miserā.
La. Certū ne est istuc? Ph. Nūc quidē ut uidet, sed nūc quid uis?
Nam est quod me ad forū trāsire iam oportet. La. Eo tecum una.

SOSTRATA.

℃ Similes superioribus.

Depol ne nos mulieres sumus, æque oēs inuisæ uiris
Propter paucas, q̄ oēs faciūt, dignæ ut uideamur malo
Nā (ita me Dii amēt) quod me accusat nūc uir, sum extra noxā.
Sed nō facile est expurgatu, ita animū induxerunt, socrus
Omneis esse iniquas, haud pol me quidē, nam nunq̄ secus
Habui illam, ac si ex me esset nata. nec q̄ hoc mihi eueniat scio
Nisi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domū.

ACTVS TERTIVS.

PAMPHILVS. PARMENO.

℃ Tetrametri, Senarii, & Dimeter unus.

Emi ego plura acerba eē credo ex amore hoī unq̄ oblata
Quā mihi, heu me infœlicē. hācie ego uitā parsi perdere?
Hacine causa ego erā tantopere cupidus redeūdi domū?
Cui quāto fuerat præstabilius, ubi uis gentiū agere ætatem
Quā huc redire? atq; hæc ita esse miserū me rescíscere?
Nam nos omēs, quibus est alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod est interea tempus, priusq̄ id rescitū est lucrost. Pa.

At sit, citius qui te expedias his ærumnis reperias.
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores.
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras.
Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.
Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animū induxti tuum.
Pam. Quid conſolare me? an quiſq̄ uſq̄ gentiū eſt æque miſer?
Priuſq̄ hanc uxorem duxi, habebam alibi animū amori deditū.
Iam in hac re ut taceam, cuiuis facile eſt ſcitu q̄ fuerim miſer.
Tamen nunq̄ auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater,
Vix me illinc abſtraxi, atq; impeditū in ea expediui animū meū,
Vixq; huc ꝯtulerā, hē, noua res ortaſt, porro ab hac q̄ me abſtrahat.
Tum matrem ex ea re aut me uxorem in culpa inuentuꝝ arbitror.
Quod cum ita eſſe inuenero, qd reſtat porro niſi ut fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet.
Tum uxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quæ nunq̄ ullo pateſecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu. Par.
Haud quidem hercle parumſt, ſi uis uero ueram rationem exequī
Non maxumas, quæ maxume ſunt interdum iræ iniurias
Faciunt, nam ſæpe eſt in quibus rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem cauſſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe q̄ pro leuibus noxis iras gerunt?
Pā. Quapropter? Par. qa eū q eos gubernat anim⁹, infirmū gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt ferme, ut pueri leui ſententia.
Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit.
Pam. Abi Parmeno intro, ac me ueniſſe nuncia.

Par. hem quid hoc est? Pam. Tace. (dum ad fores
Par. Trepidari sentio & cursari sursum, rursum deorsum. Pa. age
Accede propius. Par. hem sensistin? Pam. noli fabularier.
Proh Iuppiter clamorem audio. Par. tute loqueris, me uetas?

MYRRHINA. PAMPHILVS. PARMENO.

Ace obsecro mea gnata. Pã. mřis uox uisast. Philumenæ:
t Null9 sum. Par. quid dum? Pã. quia perii. Par. quãobrẽ?
Pam. Nescio. qđ magnũ malũ pfecto Parmeno me cælas (nescio
Par. uxoré Philumenã pauitare, nescio qd dixerunt, id si forte est
Pam. Interii, cur mihi id nõ dixti? Par. qa nõ poterã una omnia.
Pam, quid morbi est? Par. nescio. Pam. quid? nemon medicum,
Par. Nescio, Pam. (adduxit?
Cesso hinc ire intro, ut hoc q̃primũ quicquid est certum sciam,
Quo nam modo Philomena mea nunc te offendam affectam?
Nam si periculum ullum in te est, perisse me una haud dubiũ est.
Par. Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi.
Nam inuisos omneis nos esse illis sentio.
Heri nemo uoluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim maxime heri caussa mei,
Seruom ilico introisse dicent Sostratæ,
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti atq; ætati illorum morbus qui auctus siet,
Hera in crimen ueniet, ego uero in magnum malum.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

¶ Quadrati, & Septenarii penultima longa.

N Escio quid iamdudum hic audio tumultuari misera,

Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggrauescat,
Quod te Aesculapi, & te Salus, ne quid sit huius oro.
Nūc ad eā uisam. Par. heus Sostrata. So. hem. Par. iterum istinc
excludere. So.
Ehem Parmeno tune hic eras? perii, quid faciam misera?
Non uisam uxorem Pamphili, cum in proximo hic sit ægra?
Par. Non uisas, nec mittas quidem uisendi caussa quenquam.
Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte dico.
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.
Tum autem filius introiit uidere ut uenit quid agat. So.
Quid ais? an uenit Pamphilus? Par. uenit. So. diis habeo gratias.
Hem istoc uerbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit.
Pam. Iam ea te caussa maxime me hūc nunc introire nolo.
Nam si remittent quidpiam Philumenæ dolores,
Omnem rem narrabit scio continuo, sola soli,
Quæ inter uos interuenit, unde ortum st initium iræ.
Atq; eccum uideo ipm egredi, q̄ tristis est? So. o mi gnate. Pam.
Mea mater salue. So. gaudeo uenisse te saluum, saluan
Philumæna est? Pam. meliuscula est. So. Vtinā istuc ita Dii faxint.
Quid tu igitur lachrymas? qd es nūc tā tristis? Pā. recte mater. So.
Quid fuit tumlti dic mihi, an dolor repēte inuasit? Pā. Ita factū st.
So. quid morbi est? Pam. febris. So. cottidiana? Pam. ita aiunt.
I sodes intro, consequar iam te mea mater. So. fiat. Pam.
Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta. Par.
Quid? nō satis sciunt ipsi uiam domū qua redeāt? Pam. cessas?

PAMPHILVS.

¶ Tetrametri, & Septenarii penultima longa, & Senarii pauci.

Solus Pamphilus introducitur qui auscultans que intus erant, acta de cognitione partus nobis

n Equeo mearum rerum initium ullum inuenire idoneũ,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti acciderunt.
Partim quæ perspexi his oculis, partim q̃ accepi auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me uisurum affectam, ac sensi esse uxorem, hei mihi,
Postq̃ me aspexere ancillæ aduenisse, illico omes simul
Lætæ exclamant, uenit, id quod me de repente aspexerant.
Sed continuo uoltum earum sensi immutari omnium,
Quod tam incommode illis fors obtulerat aduentum meum,
Vna illarum forte interea ꝓpere præcurrit nuncians
Me uenisse, ego eius uidendi cupidus, recta consequor.
Postq̃ introii, extemplo eius morbum cognoui miser,
Nam neq;, ut cælari posset, tempus spacium ullum dabat.
Neq; uoce alia ac res monebat, ipsa poterit conqueri.
Postq̃ aspexi, oh facinus indignũ inquã, & corripui ilico,
Me inde lachrumans: incredibili re, atq; atroci percitus,
Mater consequitur, iam ut limen exirem, ad genua accidit
Lachrumans misera, misertumst. ꝑfecto hoc sic est ut puto,
Omnibus nobis, ut res dant sese, ita magni atq; humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum a principio instituit.
O mi Pamphile abs te quam ob rem hæc abierit caussam uides.
Nam uitium est oblatum uirgini olim, ab nescio quo improbo,
Nunc huc confugit, te atq; alios partum ut cælaret suum.
Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lachrumẽ miser,
Quæq; fors fortuna est inquit, nobis quæ te hodie obtulit.
Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, uti

Aduorsa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes sient,
Si unq̃ erga te anĩo esse amico sensisti, eam mi Pamphile
Sine labore hanc gratiã te uti sibi des pro illa nunc rogat.
Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neq; grauidam esse ex te solus conscius.
Nam aiunt tecum post duobus cõcubuisse eam mensibus.
Tum postq̃ ad te uenit, mensis iam hic agitur septimus.
Quod te scire ipsa indicat res. nunc si potis est Pamphile,
Maxime uolo, doq; operam, ut clam partus eueniat patrem,
Atq; adeo omnis. sed si non potest id fieri quin sentiant,
Dicam abortum esse, scio nemini aliter suspectum fore,
Quin quod uerisimile est, ex te recte eum natum putent.
Cõtinuo exponetur. hic tibi nihil est quicq̃ incõmodi,
Et illi miseræ indignæ factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum, & seruare in eo certumst quod dixi fidem.
Nam de reducenda id uero neutiq̃ honestum esse arbitror,
Nec faciam, & si me amor grauiter, consuetudoq; tenet.
Lachrumo quæ post hac futura sit uita, cum in mentem uenit
Solitudoq;. o fortuna ut nunq̃ perpetuo es bona.
Sed iam prior amor ad hanc rem excitatum me reddidit,
Quem ego tum consilio missum feci, idem nũc huic operã dabo.
Adest Parmeno cum pueris, hunc minime est opus
In hac re adesse. nam olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio cum data est,
Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat. aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philomena.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS. ¶ Senarii.

In tu tibi hoc incomodũ euenisse iter? So.
a Non hercle Parmeno uerbis dici potest
Tantum, q̃ re ipsa nauigare incõmodum st.
Par. Ita ne est? So. O fortunate, nescis quid mali
Præterieris, qui nunq̃ es ingressus mare.
Nam alias ut omittam miserias, unam hanc uide,
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser.
Ita usq; aduorsa tempestate usi sumus.
Par. Odiosum. So. Haud clam me est, deniq; hercle aufugerim
Potius q̃ redeam, si eo nihil redeundum sciam.
Par. Olim te quidem caussæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia.
Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante hostium.
Ite intro, ego hunc adibo, si quid me uelit.
Here etiã tu nũc hic stas? Pam. ego quidẽ te expecto. Pam. qd est?
Pam. In arcem trãscurso opus est. Par. Cui homini? Pam. tibi. Par.
In arcem? quid eo? Pam. Callidemidem hospitem
Myconium: qui mecum una aduectus est: conueni. Par.
Perii, Vouisse hunc dicam, si saluus domũ
Redisset unq̃, ut me ambulando rumperet. Pam.
Quid cessas? Par. Quid uis dicam? an cõueniam modo? Pam.
Immo quod constitui me hodie conuenturum eum
Non posse, ne me frustra illic expectet, uola. Par.
At non noui hominis faciem. Pam. At faciam ut noueris,
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.

Par. Cadauerosa facies, Dii illum perduint.
Quid si nō ueniet, maneam ne usq; ad uesperum?
Pam. Maneto, curre. Par. Non queo, ita defessus sum.
Pam. Ille abiit, quid agam infœlix? prorsus nescio
Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatum partum. nam me miseret mulieris.
Quod potero faciā, tamen ut pietatem colam.
Nam me parenti potius, q̄ amori obsequi
Oportet, at at eccum Phidippum & patrem
Video, horsum pergunt, quid dicā hisce incertus sum.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

Octonarii, Senarii, & Trochaici admixti.

Ixtin dudum dixisse illam se expectare filium? Ph.
d Factū. La. uenisse aiūt, redeat. Pā. quā causā dicā patri?
Quā ob rē nō reducā nescio. La. qué ego hic audiui loq.
Pam. Certū obfirmare est uiā, me quā decreui persequi.
La. Ipsus est, de quo hoc agebā tecum. Pam. Salue mi pater.
La. Gnate mi salue Ph. Bene factū te aduenisse Pamphile,
Atq; adeo quod maximū'st, saluom atq; ualidum. Pam. Creditur.
La. Aduenis modo? Pā. Admodum. La. Cedo, quid reliqt Phania
Cōsobrinus noster? Pam. Sane hercle hō uoluptati obsequens
Fuit dum uixit, & q sic sunt, haud multum heredem adiuuant.
Sibi uero hanc laudem reliquit, uixit, dum uixit, bene. La.
Tum tu igit nihil attulisti huc plus una sententia? Pā.
Quicquid est, id quod reliquit pfuit. La. Immo obfuit.
Nam illum uiuum, & saluum uellē. Ph. Impune optare istuc licet.
Ille reuiuiscet iam nunq̄, & tamen utrum malis scio. La.

Heri Philomenam ad se accersi hic iussit, dic iussisse te. Ph.
Noli fodere latus, iussi. La. Sed iam remittet eam. Ph. scilicet. Pa.
Omnem rem scio, ut sit gesta, aduenięns audiui omnia. La.
At istos inuidos Dii perdant, qui hæc libenter nunciant. Pa.
Ego scio me cauisse, ne ulla merito contumelia
Fieri a uobis posset, idq; si nunc memorare hic uelim
Quam fideli animo & benigno in illam, & clementi fui,
Vere possim, ni te ex ipsa id magis uelim rescisc ere.
Namq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.
Neq; culpa hoc euenisse dissiduum mea, id testor deos.
Sed quãdo sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiusq; mores toleret sua modestia,
Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia,
Segreganda, aut mater est a me Phidippe, aut Philomena.
Nunc me pietas matris potius commodũ suadet sequi. La.
Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus.
Cum post putasse omnes res te præ parente intelligo.
Verum uide ne impulsus ira praue insistas Pamphile. Pam.
Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?
Quæ nunq̃ quicq̃ erga me commeritast pater?
Quod nollem, & sæpe quod uellem meritam scio,
Amoq;, & laudo, & uehementer desydero.
Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum,
Illiq; exopto ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui sit fortunatior.
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas. Ph.

Tibi id in manu est ne fiat. La. si sanus es satis,
Iube illam redire. Pam. non est consilium pater.
Matris seruibo commodis. La. quo abis? mane
Mane inq̄, quo abis? Ph. quæ hæc est pertinacia? La.
Dixin phidippe hanc rem ægre laturum esse eum?
Quam ob rem te orabam, ut filiam remitteres. Ph.
Non credidi ædepol adeo inhumanum fore,
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat,
Si est ut uelit reducere uxorem, licet,
Sin alio est animo renumeret dotem, huc eat. La.
Ecce autem tu quoq; proterue iracundus es. Ph.
Percontumax redisti huc nobis Pamphile? La.
Decedet iam ira hæc, & si merito iratus est. Ph.
Quia paululum uobis accessit pecuniæ
Sublati animi adsunt. La. etiam mecum litigas? Ph.
Deliberetq;, renuntietq; hodie mihi
Velit ne an non, ut alii, si huic non sit, fiet. La.
Phidippe ades, audi paucis, abiit, quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi ut lubet,
Quando nec gnatus, neq; hic mihi quicq̄ obtemperant.
Quæ dico peruipendunt, porto hoc iurgium
Ad uxorem, cuius fiunt hæc consilio omnia.
Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre est, euomam.

ACTVS QVARTVS.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

ℭ Trimetri, Tetrametri, & duo Dimetri,

P Erii, q̄d agam? quo me uortā? q̄d meo uiro respōdebo